



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

De errore ponente legem veterem datam à principe tenebrarum, &
malam. Cap. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

forium ubi pascha cum discipulis meis manducet? Et paulo post: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Quod autem licitum sit comedere carnes & alios cibos sine distinctione, probari potest his testimoniis novi Testamenti. Legitur Luc. 10. In eadem domo manere edentes & bibentes quae apud illos sunt. Et Matt. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem. Et ad Ro. 14. Scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune sive immundum per ipsum, nisi ei qui existimat commune esse illi commune est. In eodem: Omnia quae dem munda sunt. Et 1. Corin. 10. Omnia quod in macello venit, id est, venditur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam Domini est terra & plenitudo eius. Et iterum: Si quis infidelium vocat vos ad cenam & vultus ire, omne quod apponitur vobis manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Et 1. Ti. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et ad Tit. 1. Omnia munda mundis. Itaque probatum est superius, omnia creata fuisse a Deo: nihil vero immundum a Deo creatum est: caro ergo animalium immunda non est: ergo non est abstinendum a carne propter carnis immunditiam. Praeterea si non est vitendum carnibus, talium animalium in cibis: ergo nec lana, nec pellibus eorum est vitendum in vestitu.

De errore ponente legem veterem datam a principe tenebrarum, & malam.

CAP. X.

Equitur de secundo errore qui ponit legem veterem esse datam a principe tenebrarum, & malam esse. Cui errori occasio nem dedit legis gravitas. Visum est enim aliquibus non fuisse Deum benignum, qui tam graue onus populo imposuit. Ad quod dicendum, quod corda Iudaeorum erecta erant per presumptionem. Vnde dicebant, Non deest qui impleat, sed deest qui iubeat. Exo. 19. Respondit vniversus populus simul, Cuncta quae locutus est dominus, faciemus. Eiusdem 24. habent idem. Vnde humiliandi fuerunt graui onere legis, vt videres insufficietiam suam humiliari ad auxilium gratiae curreret. Dominus enim humilibus dat gratiam. 1. Petr. vlt. Dedit etiam occasionem huic errori iustitia quae fiebat in veteri lege quam aliqui mentiuntur crudelitatem. Vnde dicunt non fuisse Deum benignum, qui legem tam crudeliter dedit. Ad quod dicendum est, quod cum principium sapientiae sit timor domini, Pron. 1. Perfectio vero sapientiae si amor Dei, secundum illud Eccl. 1. Dilectio Dei honorabilis sapientiae: Prima lex debuit sapientiam inchoare, timore Dei per iustitiam incutiendo. Secunda lex debuit sapientiam perficere, ad amore multis admonitionibus & promissionibus & beneficiorum exhibitionibus

nibus incitādo. Vnde iusticia in veteri lege debuit abūdare: iustitia verò non est crudelitas, sed bonitas vt in tractu Iustitie ostenditur. In illa verò iusticia latebat misericordia. Qui enim corrigebantur pœna tēporali, euadebant æternā. Incorrigibiles verò amittebāt potentiā Deū offendendi & pœnā suā in futuro augēdi: vnde misericorditer cū eis agebatur. Si enim diutius uerēt, diutius peccatēt, & in futuro grauius punirentur. In hoc etiā q̄ trāsgressores legis Moyſi ita grauius puniebātur, nobis misericorditer ostēdebat, quā grauius puniretur trāsgressores legis datæ per filiū Dei. He. 10. Irritā quis faciēs legē Moyſi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quātomagis putatis deteriora mereri supplicia qui filiū Dei cōcūcauerit? Itē dedit occasione huic errori illud Apostoli Rom. Lex subintrauit, vt abūdaret delictū. Et illud eiusdē 7. Nūc soluti sum⁹ à lege mortis. Et vocatūt ab apostolo lex vet⁹, lex mortis. Vnde visum est ab aliquibus q̄ lex mala fuerit. Et dicēdum est ad secūdū, q̄ lex illa mortis fuit suis trāsgressoribus: sed lex vitæ fuit suis obseruatoribus. Lex vitæ fuit intēctione dātis: sed lex mortis fuit vitio trāsgradientis. Vnde subdit ibi Apostolus. Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit. Et paulò post subdit inuētū est mihi mandatū quod erat ad vitā. Intellige ex intēctione dātis, hoc esse ad mortē. Apostoli aliis erāt odor mortis: sed aliis odor vitæ in vitā. 2. Cor. 2. nō tamē erant mali. Occasio fuit prohibitio legis multitudinis peccatorū. Sicut enim dicit glo. super illud ad Ro. 7. Occasione accepta peccatum per mandatū operatū est in me omnē concupiscentiā. Talis est natura carnalitas, vt ardentius desideret prohibita: quibus nō memoratis, iaceret quasi sopita. Itē gl. Frenatus est concupiscentia fluuius oppositis obicibus legis, sed nō siccat: imò quia de se nō de gratia homo præsumpsit. Aucta est cōcupiscentia opposita lege: & quæ prius cum ducebat obice nullo, obruit cū obice obrupto. Triplici ratione peccata abūdauerūt lege data, in his in quibus nō erat gratia. Primò, quia sicut dicit Ambr. diabolus vidēs legem in auxiliū hominibus datā, magis exarsit iracūdia aduersus hominē, & magis instituit legē vertere in perniciū cum primo quasi securē possidēs minus tērāter. Gregorius illo pulsare negligit, quos quietē se possidere sentit. Secundò quia homo naturaliter appetit libertatē, & fugit seruitutē. Et nunc verbū Senecæ, Natura cōtumax est, animus humanus, & in contrarium atque arduum nitens. Natura semper aduersatur sibi aduersanti. Nitimur in veritū semper, eupimusq; negata. Pro.

Aqua

Aquæ furtivæ dulciores sunt Hier. Quicquid non licet, magis desideratur: & quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudine vertitur. Et super illud Ro. 7. Peccatū occasione accepta per mādātū seduxit me. dicit gl. Ex prohibitionē ubi charitas deficit, desiderū mali crescit, quo aucto dulcius sit qđ prohibetur. Tercio, quia prohibitio erat occasio frequentis recordationis rei prohibitiæ. Recordatio verò irritatiua est concupiscentiæ. Illud autē verbum, Lex subintravit, ut abundaret delictū: intelligēdum est consecutiue. Hoc enim consecutū est ex lege data quantū ad illos qui gratiam nō habebant, & vitibus suis confitebāt, quod amplius peccauerūt: & hoc ipsum eis expediebat. Vnde gl. Aug. Non crudeliter hoc fecit Deus, sed consilio medicinæ. Aliquādo enim homo videtur sibi sanus, & ægrotat: & quia non sentit morbum, medicum non querit. Augetur morbus, crescit molestia, queritur medicus, cuius & torum sanatur corpus. Magnū ergo Dei consiliū fuit ut per legē abūderet delictū, ut in austeritate suam intelligētes infirmitatē, infirmi ad medicū cōfugerēt, ut auxiliū gratiæ quærent. Sicut Deus creans diabolū malignitatis eius futurā non ignarus, prouidebat quæ bona de malo eius esset facturus: ut dicit Aug. Sic dans legē veterem ad meritū custodiendiū eā nō ignarus transgressionū quæ abundaturæ erant, prouidit quæ bona de malo transgredientium esset facturus. Itē lex subintravit, ut abundaret delictū, quantum ad cognitionē. Si enim lex nō fuisset, peccatū lateret. Vnde Ro. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. Et sicut radius solis non est malus, licet ostēdat pulchritudinē nociuā quā aliquis appetit: & sicut scientia medicinæ: nō est mala, quæ ostendit venenū esse mortiferū, quāvis eo aliquis abutatur ad mortē suam vel alterius: sic lex nō est mala, licet sit occasio mali. Itē occasio quæ dedit huic errori veteris legis cessatio. Visum est enim aliquibus, quod si bona fuisset, nō cessasset. Præterea modo peccaret qui seruaret eam: ergo tunc peccabant qui eam seruabāt. Ad quod dicendū est, quod verus lex cessare debuit quantū ad illa quæ erāt figuratiua futurorū, sicut umbra lumine veritatis adueniente, & sicut promissiones solutione facta. Nec cessauit lex tanquā mala, sed cessit meliori quantum ad prædicta moralia: tamen quæ erāt de iure naturali manserunt. Item occasionem dare potuit prædicto errori quod Deus dator illius legis apparuit in flāmā rubi. Ex. 3. Et rapuit Heliā in curru igneo. 4. Re. 4. Vnde visum est aliquibus, quod non fuerit benignus Deus, qui sic apparuit, & ministrum suū sic rapuit. Ad quod dicēdum, spe-

cicm

eiem ignis idonea esse, vt Deus in illa appareat, vel in illa signi-
 ficetur. Vnde Spiritus sanctus super discipulos in specie ignis ap-
 paruit. Act. 2. Et de ipso dicitur ad Heb. 12. Deus noster ignis con-
 sumens est. Peccata enim consumit & purgat. Et Luc. 12. Ignem
 veni mittere in terram, & Io. 1. Ipse baptizabit vos in Spiritu
 sancto & igne. Non est ergo mirandum, si in flamma rubi ap-
 paruit. ¶ Nunc multis autoritatibus Noui Testamenti ostendit
 mus legem veterem esse bonam & datam a Deo. Legitur Mat. 23.
 Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: non
 veni solvere legem, sed adimplere. Si data fuisset a principe te-
 nebrarum, non impleuisset eam. Et ibidem: Amen dico vobis, qui
 nec transeat calum & terra, iota vnum aut vnus apex non praeter-
 terit de lege donec omnia fiant. Et eiusdem 7. Omnia quaecumque
 vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Haec est
 enim lex & propheta. Ergo lex & propheta bona sunt, sicut illud
 mandatum bonum est. Eiusdem 22. dicitur de mandato dilectionis
 Dei: In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetae, ergo
 lex & prophetae bona sunt, quoniam sint ad dilectionem Dei & pro-
 ximi. Et Luc. 10. In lege quid scriptum est? At ille respondens, dixit.
 Diliges dominum Deum tuum, &c. & proximum tuum sicut teipsum.
 Dixitque illi: Recte respondiisti, hoc fac & viues. Ergo praecipua
 legis obseruata vitam conferebant. Item Mat. 19. Si vis ad vitam
 ingredi, serua mandata, dixit illi: Quae? Iesus autem dixit: Non
 homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsu-
 m testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam.
 Quae constar mandata esse veteris legis: Exod. 20. Ergo mandata
 veteris legis vitam conferebant aeternam. Item Mat. 7. Bene
 fecistis mandatum Dei vt traditionem vestram seruetis. Moyses
 enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam. Ibi mandatum Dei
 Dei mandatum dicitur. Item Luc. 2. Vt sisterent eum domino, in-
 cut scriptum est in lege domini. Lex domini vocatur lex veteris.
 Et eiusdem 16. Habent Moysen & prophetas, audiant illos. Item
 Luc. 16. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae
 scriptae sunt prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de
 Moyse, & prophetis, & psalmis de me. Et Io. 6. Scrutamini scri-
 pturas: quia vos putatis in illis vitam aeternam habere, & illae sunt
 quae testimonium perhibent de me. Et eiusdem octauo: Est pater
 meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.
 Et Ro. 1. quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis

sancti
 sancti
 rituali
 i. Th
 boni
 fariā
 diebu
 scriptu
 ca. 2. d
 est de
 Deus
 filium
 lex ve
 estis fi
 tres n
 Item
 per Ie
 dirur:
 Habe
 denre
 pheti
 in eoc
 ritatio

E
 f
 dedit
 credu
 lus d
 dedit
 De fec
 Esa. 3
 porta
 paren
 gura
 radi
 antiq
 lati, c
 redēp
 visio

sanctis de filio suo. Et eiusdem 7. Lex quidē sancta, & mandatū sanctum, & iustum, & bonū. Et in eodem: Scimus quia lex spiritalis est. Ad Galat. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo. 1. Thes. 5. Prophetias nolite spernere. Et 1. Tim. 1. Scimus quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. Et ad Heb. cap. 1. Multifariā multisq; modis olim loquēs De⁹ in prophetis: nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Act. c. 1. Oportet impleri scripturam quā prædixit Spiritus sanctus per os David. Eiusdē ca. 2. dicitur de eo: Quum esset propheta, &c. prouidens loquitur est de Resurrectione Christi. Et eiusdem cap. 3. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suū Iesum. Ergo Iesus fuit filius Dei veteris legis: ergo lex vetus nō fuit à principe tenebrarū. Item Actuum ca. 3. Vos estis filij prophetarū & testamenti quod disposuit Deus ad patres nostros: ergo testamentū veteris legis erat à Deo ordinatū. Item eiusdē ca. 10. Verbum misit Deus filiis Israel annuncians pacē per Iesum Christum: hic est omnium dominus. Et paulō post subditur: Huic omnes prophetae testimonium perhibēt. Et 2. Pet. 1. Habetis firmiorem prophetici sermonē, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ ardenti in caliginoso loco. Ergo quū propheticus sermo lucerna sit, nō est à principe tenebrarum. Item in eodem: Non voluntate humana allata est aliquādo prophetia: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.

De errore illo qui damnat patres Veteris Testamenti.

CAP. XI.

Error ille qui ponit quōd patres Veteris Testamenti male fuerunt & sunt damnati, sequitur. Cui errori occasionem dedit quōd leguntur aliquando peccasse. Sed si idē damnati creduntur, eadem ratione credendum erit quōd Petrus & Paulus damnati sint, qui quandoque peccauerunt. Item occasionem dedit huic errori, quōd leguntur in infernū descendisse. Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum, ait Iacob. Et Esa. 38. dixit Ezechias: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Ad quod dicendum, quōd ob peccatum primotū parentū ianua regni clausa fuit toti generi humano. Quod figuratum est in hoc, quōd flammeus gladius positus est ante paradisum. Gen. 3. quasi prohibens ingressum. Descendebant ergo antiqui patres in oram inferni, vbi manebant felici spe consolati, sed non descendebant in inferni profundum, vbi nulla est redemptio. Nec habebant pœnā materiālem, sed solum carebant visione Dei. Ad quē locū Christus descendit, & inde suos liberauit

rauit